

1217.

[m. 9.]

intendentes, sicut capitali justiciario nostro de foresta nostra, facientes summoniciones et districciones que ad forestam pertinent, sicut vobis dixerit, vel per litteras suas vobis mandaverit. Et in hujus rei testimonium etc. ut supra. Teste ipso comite, apud Westmonasterium, viij die Novembris, anno regni nostri secundo.

*De eodem.* Rex omnibus, etc. salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro, Johanni Marescallo, forestariam tocius Anglie, tamquam capitali justiciario nostra de foresta, quamdiu nobis bene servierit. Et ideo vobis mandamus quod eidem Johanni, tamquam capitali justiciario foreste nostre, in omnibus que ad forestam pertinent, intendentes sitis et respondentes. Et in hujus rei, etc. ut supra.

*Pro Philippo de Ulecot.* Rex majori et probis hominibus de Nove Castro super Tynam, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Philippo de Ulecot, firmam ville vestre, ad se sustentandum in servicio nostro, usque ad etatem nostram. Et ideo vobis mandamus quod eidem Philippo de predicta firma sitis intendentes et respondentes. Et in hujus rei etc. ut supra. Teste eodem etc. ut supra.

*Pro Roberto de Vallibus.* Rex prepositis et probis hominibus de Grimmesby, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Roberto de Vallibus manerium nostrum de Grimmesby, cum pertinenciis suis, ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod eidem Roberto in omnibus sitis intendentes et respondentes. Et in hujus rei testimonium etc. ut supra. Teste etc. ut supra.

*Pro Philippo de Ulecot.* Rex probis hominibus de Bamburg, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Philippo de Ulecot firmam ville vestre, ad se sustentandum in servicio nostro, usque ad etatem nostram. Et ideo vobis mandamus quod eidem Philippo de firma predicta, sicut predictum est, sitis intendentes et respondentes. Et in hujus rei etc. ut supra. Teste etc. ut supra.

Rex J. filio Roberti, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro, Philippo de Ulecot, firmam manerii de Corbrigg, ad se sustentandum in servicio nostro, usque ad etatem nostram. Et ideo vobis mandamus quod eidem Philippo, sicut predictum est, intendentes sitis et respondentes. Et in hujus etc. ut supra.

*Pro J. Marescallo, de domibus ad forestam pertinentibus.* Rex omnibus vicecomitibus, salutem. Precipimus vobis quod sine dilacione plenam saisinam habere faciatis dilecto et fideli nostro, J. Marescallo, capitali justiciario nostro de foresta nostra Anglie, de omnibus dominicis domibus nostris ad forestas nostras pertinentibus in bailliis vestris, videlicet, de domibus de Wudestok, Brehull, Selveston, Geitinton, Clive, Finemar,